

Exstant et apud sanctos patres sparsim similia testimonia. Ambrosius enim
 30 inquit in epistola ad Irenaeum quendam²:
 Subditus autem mundus eo per legem
 factus est, quia ex praescripto legis omnes
 conveniuntur et ex operibus legis
 35 nemo iustificatur, id est, quia per legem
 peccatum cognoscitur, sed culpa non
 relaxatur. Videbatur lex nocuisse, quae
 omnes fecerat peccatores, sed veniens
 Dominus Iesus peccatum omnibus, quod
 40 nemo poterat evitare, donavit et chirographum nostrum sui sanguinis effusione
 delevit. Hoc est, quod ait: Abundavit
 peccatum per legem; superabundavit
 autem gratia per Iesum. Quia postquam
 45 totus mundus subditus factus est, totius
 mundi peccatum abstulit, sicut testificatus
 est Iohannes dicens: Ecce agnus Dei,
 ecce, qui tollit peccatum mundi. Et ideo
 nemo gloriatur in operibus, quia nemo
 factis suis iustificatur. Sed qui iustus est,
 50 donatum habet, quia post lavacrum iustificatus
 est. Fides ergo est, quae liberat
 per sanguinem Christi, quia beatus ille,
 cui peccatum remittitur et venia donatur².
 55 Haec sunt Ambrosii verba, quae
 aperte patrocinantur nostrae sententiae;

Und bei den Vätern findet man auch viel 103
 der Sprüche. Denn auch Ambrosius zu Irenäus
 schreibt: „Die ganze Welt aber wird
 darum Gott untertan, unterworfen durchs
 Gesetz; denn durch das Gebot des Gesetzes
 werden wir alle angeklagt, aber durch die
 Werk des Gesetzes wird niemand gerech.
 Denn durch das Gesetz wird die Sünde er-
 kannt, aber die Schuld wird aufgelöst durch
 den Glauben, und es scheint wohl, als
 hätte das Gesetz Schaden getan, denn es
 alle zu Sündern gemacht hat; aber der Herr
 Christus ist kommen und hat uns die Sünde,
 welche niemand konnte meiden, geschenkt Röm. 5, 20.
 und hat die Handschrift durch Vergießen
 seines Bluts ausgelöscht. Und das ist, das
 Paulus sagt zu den Römern am 5.: Die
 Sünde ist mächtig worden durchs Gesetz,
 aber die Gnade ist noch mächtiger worden Joh. 1, 29.
 durch Jesum. Denn dieweil die ganze Welt
 ist schuldig worden, so hat er der ganzen
 Welt Sünde weggenommen, wie Johannes
 zeugt: Siehe, das ist das Lamm Gottes,
 welches der Welt Sünde wegnimmt. Und
 darum soll niemand seiner Werke sich rüh-
 men; denn durch sein eigen Tun wird nie-
 mand's 'gerecht; wer aber gerecht ist, dem 104
 ist's geschenkt in der Tauf in Christo, da er Ps. 32, 1.

¹) Hoc est Christum cognoscere, beneficia eius cognoscere. Melancthon, Loci 1521, S. 65 Kolde⁴. Werke II, 1 (1952) 7, 10. Vgl. Mel's Paulus-Rede 1520, Werke I (1951) S. 31, 11 ff. 40, 28 ff. und o. S. 94, 25 f.

²) Ep. 73 MSL 16, 1307 f.

105 detrahit operibus iustificationem et tribuit fidei, quod liberet per sanguinem Christi. Conferantur in unum acervum sententiarum omnes, qui magnificis titulis ornantur. ^{W 100} Nam alii vocantur angelici, alii subtiles, alii irrefragabiles¹. Omnes isti lecti et relecti non tantum conferent ad intelligendum Paulum, quantum confert haec una Ambrosii sententia.

doch große Titel führen, dann etliche nennen sie engelisch, angelicos, etliche subtiles, etliche irrefragabiles, das ist Doctores, die nicht irren können, und wenn man sie alle läse, so werden sie alle mit ein nicht so nütz sein, Paulum zu verstehen, als der einige Spruch Ambrosii.

106 In eandem sententiam multa contra Pelagianos scribit Augustinus. De spiritu et litera sic ait: Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, vivet in illa, ut cum quisque infirmitatem suam cognoverit, non per suas vires neque per literam ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificatorem perveniat et faciat et vivat in ea. Opus rectum, quod qui fecerit, vivet in eo, non fit nisi in iustificato. Iustificatio autem ex fide impetratur. Hic clare dicit iustificatorem fide conciliari et iustificationem fide impetrari. Et paulo post: Ex lege timemus Deum, ex fide speramus in Deum. Sed timentibus poenam absconditur gratia, sub quo timore anima laborans etc. per fidem confugiat ad misericordiam Dei, ut det, quod iubet². Hic docet lege terri corda, fide autem consolationem capere, et docet prius fide apprehendere misericordiam, quam legem facere conemur. Recitabimus paulo post et alia quaedam.

107 Profecto mirum est, adversarios tot locis scripturae nihil moveri, quae aperte tribuunt iustificationem fidei, et quidem detrahunt operibus. Num frustra existimant toties idem repeti? Num arbitrantur excidisse spiritui sancto non animadvertenti has voces? Sed excogitaverunt etiam cavillum, quo eludunt. Dicunt de fide formata accipi debere, hoc est, non tribuunt fidei iustificationem nisi propter dilectionem³. Imo prorsus non tribuunt

ist gerecht worden. Denn der Glaub ist, der uns los macht durch das Blut Christi, und wohl dem, welchem die Sünde vergeben wird und Gnade wiederfähret.“ Diese sind Ambrosii klare Wort, die doch ganz öffentlich mit unser Lehre auch stimmen. Er sagt, daß die Werke nicht gerecht machen, und sagt, daß der Glaub uns erlöse durch das Blut Christi. Wenn man alle sententiaros über einen Haufen zusammen schmelzet, die über einen Haufen zusammen schmelzet, die 10

Auf die Meinung hat auch Augustinus viel wider die Pelagianer geschrieben und de spiritu et litera sagt er also: „Darum wird uns das Gesetz und seine Gerechtigkeit fürgehalten, daß, wer sie thut, dadurch lebe, und daß ein jeder, so er sein Schwachheit erkennet, zu Gott, welcher allein gerecht macht, komme, nicht durch sein eigene Kräfte noch durch den Buchstaben des Gesetzes, welchen wir nicht erfüllen können, sondern durch den Glauben. Ein recht gut Werk kann niemandes thun, denn der zuvor selbst gerecht, fromm und gut sei; Gerechtigkeit aber erlangen wir allein durch den Glauben.“ Da sagt er klar, daß Gott, welcher allein seliget und heiligt, durch den Glauben versühnet wird, und daß der Glaub uns für Gott fromm und gerecht macht. Und bald hernach: „Aus dem Gesetz machten wir Gott, durch den Glauben hoffen und vertrauen wir in Gott. Die aber die Strafe fürchten, den wird die Gnade verborgen, unter welcher Furcht, wenn ein Mensch in Angst ist etc., soll er durch den Glauben fliehen zu der Barmherzigkeit Gottes, daß er dasjenige gebe, dazu Gnade verleihe, das er im Gesetz gebeutet.“ Da lehret er, daß durch das Gesetz die Herzen geschreckt werden und durch den Glauben wieder Trost empfangen.

Es ist wahrlich Wunder, daß die Widersacher können so blind sein und so viel klarer Sprüche nicht ansehen, die da klar melden, daß wir durch den Glauben gerecht werden, und nicht aus den Werken. Wo denken doch die armen Leute hin? Meinen sie, daß die Schrift ohne Ursachen einerlei so oft mit klaren Worten erholet? Meinen sie, daß der heilige Geist sein Wort nicht gewiß und bedächtig setze, oder nicht wisse, was er rede? Darüber haben die gottlosen

¹) angelicus Thomas, subtilis Duns Scotus, irrefragabilis Alexander v. Hales. LThK² VI, 231 (Lit.). ²) De spiritu et litera 29, 51. MSL 44, 232/3. CSEL 60; 207, 4 und 208, 5
³) Thomas STh. II, 1. q. 113. a. 4 ad 1: Motus fidei non est perfectus, nisi sit caritate informatus, unde simul in iustificatione impii cum motu fidei est etiam motus caritatis.

W. S. = Inspiration des Geistes

fidei iustificationem, sed tantum dilectioni, quia somniant fidem posse stare cum peccato mortali. Quorsum hoc pertinet, nisi ut promissionem iterum abolet, nisi ut redeant ad legem? Si fides accipit remissionem peccatorum propter dilectionem, semper erit incerta remissionem peccatorum, quia nunquam diligimus tantum, quantum debemus; imo non diligimus, nisi certo statuamur corda, quod donata sit nobis remissio peccatorum. Ita adversarii, dum requirunt fiduciam propriae dilectionis in remissione peccatorum et iustificatione, evangelium de gratuita remissione peccatorum prorsus abolent; cum tamen dilectionem illam neque praestent neque intelligant, nisi credant gratis accipi remissionem peccatorum.

die Widersacher lehren auf Liebe Gottes, die stoßen sie das Evangelium, welches Vergebung der Sünde predigt, gar zu Boden; so doch die Liebe niemandes recht haben noch verstehen kann, er gläube denn, daß wir 'aus Gnaden umsonst Vergebung der Sünde erlangen durch Christum.

Nos quoque dicimus, quod dilectio fidem sequi debeat, sicut et Paulus ait: In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque praepitum, sed fides per dilectionem efficax. Neque tamen ideo sentiendum est, quod fiducia huius dilectionis aut propter hanc dilectionem accipiamus remissionem peccatorum et reconciliationem, sicut neque accipimus remissionem peccatorum propter alia opera sequentia, sed sola fide, et quidem fide proprie dicta, accipitur remissio peccatorum, quia promissio non potest accipi nisi fide. Est autem fides proprie dicta, quae assentitur promissioni; de hac fide loquitur scriptura. Et quia accipit remissionem peccatorum et reconciliat nos Deo, prius hac fide iusti reputamur propter Christum, quam diligimus ac legem facimus, etsi necessario sequitur dilectio. Neque vero haec fides est otiosa notitia, nec potest stare cum peccato mortali, sed est opus spiritus sancti, quo liberamur a morte, quo eriguntur et vivificantur perterrefactae mentes. Et quia sola haec fides accipit remissionem peccatorum, et reddit nos acceptos Deo, et affert spiritum sanctum: rectius vocari gratia gratum faciens poterat, quam effectus sequens, videlicet dilectio.

Leute ein sophistische Glosz erdichtet und sagen: die Sprüche der Schrift, so sie vom Glauben reden, sind von fide formata zu verstehen. Das ist, sie sagen: der Glaub macht niemandes fromm oder gerecht, denn um der Liebe oder Werk willen. Und in Summa, nach ihrer Meinung, so macht der Glaub niemandes gerecht, sondern die Liebe allein. Denn sie sagen, der Glaube könne neben einer Todsünde sein. Was ist das anders, denn alle Zusage Gottes und Verheißung der Gnaden umgestoßen und das Gesetz und Werke gepredigt? So der Glaube Vergebung der Sünde und Gnad erlangt um der Liebe willen, so wird die Vergebung der Sünde allzeit ungewiß sein. Denn wir lieben Gott nimmer so vollkommen, als wir sollen. Ja wir können Gott nicht lieben, denn das Herz sei erst gewis, daß ihm die Sünde vergeben sein. Also, so wir vermügen, und eigen Werke vertrauen, gar zu Boden; so doch

Wir sagen auch, daß die Liebe dem Glauben folgen soll, wie Paulus sagt: „In Christo Iesu ist weder Beschneidung noch Vorhaut etwas, sondern der Glaub, welcher durch die Liebe wirkt.“ Man soll aber darum auf die Liebe nicht vertrauen, noch bauen, als erlangten wir um der Liebe willen oder durch die Liebe Vergebung der Sünde und Verführung Gottes. Gleichwie wir nicht Vergebung der Sünde erlangen um anderer Werk willen, die da folgen, sondern allein durch den Glauben. Denn die Verführung Gottes kann niemandes durch Werk fassen, sondern allein mit dem Glauben. Und der Glaub eigentlich oder fides proprie dicta ist, wenn mir mein Herz und der heilige Geist im Herzen sagt, die Verheißung Gottes ist wahr und ja; von demselben Glauben redet die Schrift. Und dieweil der Glaub, ehe wir etwas tun oder wirken, nur ihm schenken und geben läßt und empfähet, so wird uns der Glaube zur Gerechtigkeit gerechnet wie Abraham, ehe wir lieben, ehe wir Gesetz tun oder einig Werk. Wie wohl es wahr ist, daß Frucht und Werk nicht außen bleiben, und der Glaub ist nicht ein schlecht Erkenntnis der Historien, sondern ein neu Licht im Herzen und kräftig Werk des heiligen Geistes, dadurch wir neu geboren werden, dadurch die erschrockene Gewissen wieder aufgerichtet und Leben erlangen.“ Und dieweil der Glaub allein Ver-

1) sanctum] + et reddit conscientias pacatas ac tranquillitas seit Ed. 1531. 80 2) Duns Scotus und die Nominalisten setzten gratia gratum faciens und caritas infusa gleich (See

scilicet non honoraria
→ opus spiritus sancti

gebung der Sunde erlangt und uns Gott angenehm macht, bringet er mit sich den heiligen Geist und sollt billiger genennet werden *gratia gratum faciens*, das ist die Gnade, die da angenehm macht, dehm die Lieb, welche folgt.

- 117 Hactenus satis copiose ostendimus et testimoniis scripturae et argumentis ex scriptura sumptis, ut res magis fieret perspicua, quod sola fide consequimur remissionem peccatorum propter Christum, et quod sola fide iustificemur, hoc est, ex iniustus iusti efficiamur seu regeneremur. Facile autem iudicari potest, quam necessaria sit huius fidei cognitio, quia in hac una conspicitur Christi officium, hac una accipimus Christi beneficia, haec una affert certam et firmam consolationem piis mentibus. Et oportet
- 118 in ecclesia exstare doctrinam, ex qua concipiant pii certam spem salutis. Nam adversarii infelicitur consulunt hominibus, dum iubent dubitare, utrum consequamur remissionem peccatorum¹. Quomodo in morte sustentabunt se isti, qui de hac fide nihil audiverunt, qui putant dubitandum esse, utrum consequantur remissionem peccatorum? Praeterea
- 119 necesse est retineri in ecclesia Christi evangelium, hoc est, promissionem, quod gratis propter Christum remittuntur peccata. Id evangelium penitus abolent, qui de hac fide, de qua loquimur, nihil docent. At scholastici ne verbum quidem de hac fide tradunt. Hos sequuntur adversarii nostri et improbant hanc fidem. Nec vident se totam promissionem gratuita remissionis peccatorum et iustitiae Christi abolere improbata hac fide.

sein, so muß je in der Kirchen das Evangelium Christi bleiben, nämlich diese göttliche Verheißung, daß uns ohne Verdienst Sunden vergeben werden um Christus willen. Das selbige heilige Evangelium drücken diejenigen gar unter, die von dem Glauben, davon wir reden, gar nichts lehren. Zu lehren noch schreiben die Scholastici nicht ein Wort, nicht ein Tittel vom Glauben, welchs schredlich ist zu hören. Den folgen unsere Widersacher und verwerfen diese höchste Lehre vom Glauben und sind so verstockt und blind, daß sie nicht sehen, daß sie damit das ganze Evangelium, die göttliche Verheißung von der Vergebung der Sunde und den ganzen Christum unter die Füße treten.

berg, Duns Scotus S. 301. Dogmengesch. III⁴, 266), während Thomas die Gnade mit Augustin von den drei theologischen Tugenden unterschied; *gratia praevenit caritatem*. Sth. II, 1. q. 110. a. 3. Loofs, Dogmengesch. § 70, 5b. Melancthon, Loci 1521: Non iustificat autem caritas, eo quod nemo diligit, quantum debet; fides iustificat. S. 193, Kolde⁴. Werke II, 1 (1952) 116, 10.

¹) Vgl. Seeberg, Dogmengesch. III⁴, S. 477 ff. und Rüdert, Die Rechtfertigungslehre auf dem Trid. Konzil S. 192 ff. Biel In sent. II. d. 27 q. un. a. 3 dub 5Q. Homo non potest evidenter scire, se facere quod in se est, quia hoc facere includit in se obedire Deo propter Deum tanquam ultimum et principalem finem. Quod exigit dilectionem Dei super omnia, quam ex naturalibus suis homo potest elicere. Haec enim prima dispositio ad gratiae infusionem, qua existente certissime infunditur gratia. Difficillimum autem est scire, se habere illam dilectionem. Et forte naturaliter impossibile. Quia et si scire possumus nos diligere Deum, non tamen evidenter scire possumus illam circumstantiam: super omnia.

Bis anher haben wir reichlich angezeigt aus Sprüchen der Väter und der Schrift, damit doch diese Sache gar klar würde, daß wir allein durch den Glauben Vergebung der Sunde erlangen um Christus willen, und daß wir allein durch den Glauben gerecht werden, das ist aus ungerecht fromm, heilig und neu geboren werden. Fromme Herzen aber sehen hie und merken, wie ganz uberaus hohennötig diese Lehre vom Glauben ist; denn durch die allein lernet man Christum erkennen¹ und seine Wohlthat, und durch die Lehre finden die Herzen und Gewissen allein rechte gewisse Ruhe und Trost. Denn soll ein christlich Kirche sein, soll ein Christenglaub sein, so muß je ein Predigt und Lehre darinnen sein, dadurch die Gewissen auf kein Wahn noch Sandgrund gebaut werden, sondern darauf sie sich gewiß verlassen und vertrauen müßen. Darum sind wahrlich die Widersacher untreue Bischof, untreue Prediger und Doctores, haben bis anher den Gewissen übel geraten und raten ihnen noch übel, daß sie solche Lehre führen, da sie die Leute lassen im Zweifel steden, ungewiß schweben und hangen, ob sie Vergebung der Sunde erlangen oder nicht. Denn wie ist möglich, daß diejenigen in Todesnöten und letzten Zügen und Ängsten bestehen sollten, die diese nötige Lehre von Christo nicht gehört haben oder nicht wissen, die da noch wanken und in Zweifel stehen, ob sie Vergebung der Sunde haben oder nicht? Item soll ein christliche Kirche

De Dilectione et Impletione
Legis.Von der Liebe und Erfüllung
des Gesetzes. 122(1)

Hic obiciunt adversarii¹: Si vis in vitam ingredi, serva mandata; item: Factores legis iustificabuntur; et alia multa similia de lege et operibus, ad quae priusquam respondemus, dicendum est, quid nos de dilectione et impletione legis sentiamus.

10

Scriptum est apud prophetam: Dabo legem meam in corda eorum. Et Rom. 3. ait Paulus: Legem stabiliri, non aboleri per fidem. Et Christus ait: Si vis ingredi in vitam, serva mandata. Item: Si dilectionem non habeam, nihil sum. Hae sententiae et similes testantur, quod oporteat legem in nobis inchoari et magis magisque fieri. Loquimur autem non de ceremoniis, sed de illa lege, quae praecipit de motibus cordis, videlicet de Decalogo. Quia vero fides affert spiritum sanctum et parit novam vitam in cordibus, necesse est, quod pariat spirituales motus in cordibus. Et qui sint illi motus, ostendit propheta, cum ait: Dabo legem meam in corda eorum. Postquam igitur fide iustificati et renati sumus, incipimus Deum timere, diligere, petere et exspectare ab eo auxilium, gratias agere et praedicare, et obedire ei in afflictionibus. Incipimus et diligere proximos, quia corda habent spirituales et sanctos motus.

haben, daß uns Gott will gnädig sein, will unser Vater und Helfer sein, so heben wir an Gott zu fürchten, zu lieben, ihm zu danken, ihnen zu preisen, von ihm alle Hilfe zu bitten und zu warten, ihm auch nach seinem Willen in Trübsalen gehorsam zu sein. Wir heben alsdenn auch an, den Nächsten zu lieben; da ist nu inwendig durch den Geist Christi ein neu Herz, Sinn und Mut.

Haec non possunt fieri, nisi postquam fide iustificati sumus et renati accipimus spiritum sanctum. Primum quia lex non potest fieri sine Christo. Item lex non potest fieri sine spiritu sancto. At spiritus sanctus accipitur fide, iuxta illud Pauli, Galat. 3.: Ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Item quomodo potest humanum cor diligere Deum, dum sentit eum horribiliter irasci et opprimere nos temporalibus et perpetuis calamitatibus? Lex autem semper accusat nos, semper ostendit irasci Deum. Non igitur diligitur Deus, nisi

Hie werfen uns die Widersacher diesen Spruch für: „Willtu ewig leben, so halt die Gebot Gottes.“ Item zu den Römern am 2.: „Nicht, die das Gesetz hören, werden gerecht sein, sondern die das Gesetz tun“, und dergleichen viel vom Gesetz und von Werken. Nu ehe wir darauf antworten, müssen wir sagen von der Liebe und was wir von Erfüllung des Gesetzes halten.

Es stehet geschrieben im Propheten: „Ich will mein Gesetz in ihr Herz geben.“ Und Röm. 3. sagt Paulus: „Wir heben das Gesetz nicht auf durch den Glauben, sondern richten das Gesetz auf.“ Item Christus sagt: „Willtu ewig leben, so halt die Gebot.“ Item zu den Korinthern sagt Paulus: „Ich nicht die Liebe habe, bin ich nichts.“ Diese und dergleichen Sprüche zeigen an, daß wir das Gesetz halten sollen, wenn wir durch den Glauben gerecht worden sein, und also je länger je mehr im Geist zunehmen. Wir reden aber hie nicht von Ceremonien Mose, sondern von den zehn Geboten, welche von uns fordern, daß wir von Herzensgrund Gott recht fürchten und lieben sollen. Diemeil nu der Glaub mit sich bringet den heiligen Geist und ein neu Licht und Leben im Herzen wirkt, so ist es gewiß und folget von Not, daß der Glaub das Herz verneuet und ändert. Und was das für ein Neuerung der Herzen sei, zeigt der Prophet an, da er sagt: „Ich will mein Gesetz in ihre Herzen geben.“ Wenn wir nu durch den Glauben neu geboren sein und erkennen

Dieses alles kann nicht geschehen, ehe wir durch den Glauben gerecht werden, ehe wir neu geboren werden durch den heiligen Geist. Denn erstlich kann niemand das Gesetz halten ohne Christus' Erkenntnis, so kann auch niemand das Gesetz erfüllen ohne den heiligen Geist. Den heiligen Geist aber können wir nicht empfangen, denn durch den Glauben, wie zu den Galatern am 3. Paulus sagt, daß wir die Verheißung des Geistes durch den Glauben empfangen. Item es ist unmöglich, daß ein Menschenherz allein durch das Gesetz oder sein Werk Gott liebe. Denn das Gesetz zeigt allein an Got-

¹) Herborn, Enchiridion Corp. Cath. XII 27, 31. 28, 8.